

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 2494

**Auteur(s) :** Raoul Pierre, de Morville [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Coutances (hôtel-Dieu)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1276, février

**Action juridique :** vente

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Raoul dit Pierre vend à l'Hôtel-Dieu de Coutances, pour trente sous tournois provenant d'une donation de l'évêque Jean d'Essey pour son obit, une rente annuelle de deux boisseaux de froment à Morville.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Le Cacheux Paul, *Essai historique sur l'Hôtel-Dieu de Coutances*, l'hôpital-général et les Augustines hospitalières depuis l'origine jusqu'à la Révolution avec cartulaire général, Paris, Picard, 1895-1899, 2 vol., t. 2, n° XCV, p. 82-83.

Texte établi d'après a

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Radulfus dictus Pierres, de parrochia de Morevilla, vendidi et concessi ac omnino in perpetuum finaliter dimisi, priori et fratribus Domus Dei Constanciensis et eorum successoribus, duos bussellos frumenti annui redditus, ad mensuram de Morevilla, super una acra terre vel eocirca, tam in maisnagio quam extra, sita in dicta parrochia, inter terram heredum Thome Hericoe et terram Ricardi Neel a lateribus, buttante ad maisnagium presbiteri residentis in elemosina dicte domus in eadem parrochia ex uno capite et ex alio ad prata domini regis et Radulfi de Ansnevilla. Quam terram cum maisnagio teneo feodaliter ab eisdem, de qua terra cum dicto maisnagio reddebam eisdem antiquitus unum quarterium frumenti, ad mensuram predictam, duos denarios pro panibus, unam gallinam et decem ova ad terminos statutos ; habendum, tenendum et percipiendum in perpetuum de cetero, eisdem priori et fratribus et eorum successoribus, singulis annis ad festum Sancti Michaelis in monte Gargano, dictos duos bussellos frumenti ad mensuram predictam, una cum dicto quarterio frumenti de antiquo redditu ad festum predictum, duobus denariis pro pane, una gallina ad Natale Domini et decem ovis ad Pascha, integre, libere et pacifice per manum meam et heredum meorum seu cuiuscumque tenentis tenementum supradictum, absque contradictione mei vel heredum meorum, ita tamen quod ego predictus Radulfus vel heredes mei de cetero predictam terram nec maisnagium non poterimus dare, vendere, elemosinare nec alicui obligare vel amplius honerare, absque voluntate et licentia dictorum prioris et fratrum et successorum eorumdem, et hec omnia et singula juravi ego predictus Radulfus, tactis sacrosanctis evangelii, me fideliter servaturum et quod contra non veniam ullo modo. Pro hac autem venditione, concessione et dimissione taliter a me factis, predicti prior et fratres triginta solidos Turonensium michi dederunt et persolverunt in peccunia numerata, quam peccuniam dicti prior et fratres habebant de dono seu legato bone memorie Johannis quondam episcopi Constantiensis ad emendos redditus ad faciendam pitanciam in dicta domo communiter inter fratres et pauperes quolibet anno in die anniversarii dicti

episcopi. In cuius rei testimonium perpetuum et munimen, presentem cartam sigilli mei munimine roboravi. Actum est hoc anno gratie M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> septuagesimo quinto, mense Februarii.